




**L**   
 Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Corínthi-os.


**F**   
 RAtres : Si linguis hóminum loquar, et Ange-lórum, ca-ri-tátem autem

  
 non hábe-am, factus sum ve-lut æs sonans, aut cýmba-lum tínni-ens. Et si


  
 habú-ero prophe-tí-am, et nóve-rim mysté-ri-a ómni-a, et omnem sci-énti-


  
 am: et si habú-ero omnem fidem, i-ta ut montes tránseram, ca-ri-tátem

  
 autem non habú-ero, ni-hil sum. Et si distribú-ero in cibos páuperum


  
 omnes facultátes me-as, et si tradídero corpus me-um, i-ta ut árde-am,

  
 ca-ri-tátem autem non habú-ero, ni-hil mi-hi prodest. Cá-ri-tas pá-ti-ens est,


  
 benígna est: Cá-ri-tas non æmu-lá-tur, non agit pérperam, non inflá-tur, non

  
 est ambi-ti-ósa, non quærit quæ su-a sunt, non irri-tá-tur, non cógi-tat


  
 ma-lum, non gaudet super i-niqui-tá-te, congáudet autem ve-ri-tá-ti: ómni-a



suffert, ómni-a credit, ómni-a sperat, ómni-a sústinet. Cá-ri-tas numquam



éxci-dit: sive prophe-tí-æ evacu-abúntur, sive linguæ cessábunt, sive sci-én-




ti-a destru-é-tur. Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus.




Cum autem véne-rit quod perféctum est, evacu-ábi-tur quod ex parte est.




Cum essem párvu-lus, loquébar ut párvu-lus, sapi-ébam ut párvu-lus, cogi-tá-



bam ut párvu-lus. Quando autem factus sum vir, evacu-ávi quæ erant párvu-




li. Vidémus nunc per spécu-lum in ænígmate: tunc autem fáci-e ad fáci-em.



Nunc cognóscó ex parte: tunc autem cognóscam sicut et cógni-tus sum.



Nunc autem manent, fides, spes, cá-ri-tas, tri-a hæc: ma-jor autem horum



est cá-ri-tas.